

John Carter Brown
Library
Brown University

BOUND BY SANGORSKI & SUTCLIFFE. LONDON

Lucubrati
uncula de morbo Gallico
et cura eius nouiter re=
perta cũ ligno Indico
Leonardi Schmaus
Medicine profeſ=
ſoris.

Reuerendo patri et dño dño Andree de Trautmanſdorf: inſignis ſaliſburgeñ eccleſie Canonico ⁊ Decano digniſſ. mecenati ſuo Leonardus Schmaus Medicine Doctor Salutem ⁊ omnem proſperitatem exoptat.

SCripſi ſuperioribus diebus cum adhuc Patauie agerem obſeruandiſſime pater lucubratiūculam de morbo gallico ⁊ ipſius cura recenter inuenta/ cū ligno Indico ꝓfecto nō ambitione (vt vitiligatores arguere poſſent) motus: neqꝫ vt in albo doctoꝝ locus eſſet/ ſed pro ludo litterario mecū ipſe agitatus/ quo ingenio valentioribus anſam preberem/ ⁊ vt ipſi accepto barbito dulcius ſonarent/ Atqꝫ cōmuni omniū periculo tandem in hac fediſſima labe/ per omnem ferme Europam/ cum ingenti Medicoꝝ dedecore/ graſſata/ ꝯſuleret: Et nouitate rei/ qua ſola famam/ autore Plinio/ aucupant̃ Medici ſtimulatus: paucula quedā ſed (ni fallor) nō omnibus inutilia ex multoꝝ relationibus annotaui Que tibi viro vndecūqꝫ doctiſſ. nominatim dedico: neqꝫ vero timuerim ne hunc libellū qđ perpuſillus ſit ſpernas: eſt em̄ comes exiguis gratia rebus Qđ ſi (vt ſolitus es omnia boni ꝯſulere) feceris. leges iamiam maiora. Bene vale ⁊ me cōmendatū habe. Ex edibus meis Saliſburge ſecundo Nouembris.

¶ Prefatio ad lectorem.

QUum hodie et ob linguarū diuerſitatem ⁊ gentiū noſtre religioni infeſtaꝝ immanitatem. Obqꝫ ingentes labores ⁊ expenſas infinitaqꝫ itinerū pericula. datum nō ſit omnibus adire Chorynthū/ Nemini tamen negatū eſt ſtudioſo ſaltem ⁊ nouarū rerum inquiſitori/ mutis ꝑceptoribus. picturis. atqꝫ veridica relatione eorum qui negociationis gratia ad Phaſim vſqꝫ nauigant: innixo: omnia in extremis etiam orbis angulis ſi digna eademqꝫ vtilia ſunt perquirere/ Sed cū mira/ magnifica ⁊ vix credibilia paſſim acceperam de ligno quodam in occidentali India in inſula Spagnola nouiter reperta/ Non ceſſaui. vel dormiens ſomniare ligni huius naturam. donec litteris patronoꝝ meorum ⁊ meis/ decem ⁊ nouem doctrinas ⁊ relationes ex India ⁊ Portugalia ad diuerſos Germanie principes ⁊ viros primarios tranſmiſſas/ accumularem: Ex quibus naturam ꝓprietatem/ qualitatem. vſum ⁊ oꝑationem plane piſcatus ſum/ ſed quia erant propter pluralitatem ſcribentiū diuerſa ⁊ confuſa/ ꝓpter indoctos tranſſcriptores incor-

recta mutilia ⁊ in pleriſq; locis omnino deprauata / vt nemo (niſi medicus aſſidua lectione exercitatus) legere nouiſſet. intellexiſſet vero nullus. Ego itaq; (tametſi ſim medicoꝝ poſtremus) nõ potui tamen rem (mea eſtimatione) tam diuinã tamq; frugiferam / nõ omnibus nõ innoteſcere / ſiquidem ſane intellecta proderit omnibus / nocebit vero pluribus ſi medicinã adeo ſtrennuã ⁊ vehementem ſine medici moderatione auſu temerario guſtauerint. Itaq; omnia quantum-cunq; lacera reparaui in ordinem ⁊ capitula vt eſſent clariora queq; redegi autoritatibus ⁊ ratõibus medicinalibus (ne ficta crederent) fulciui / vt lectoribus fidem egris vtilitatem adferrem / piũ lectorem precando ne opelli paruitate perteſus / prius faſtidiat q̃ olfecerit. ſe-pius in modico magnus cinere ignis habet / ⁊ breuis ingenti vena re dundat aqua / Nemo ſuperficies (vulgus nam paſcitur illis) ſanus amat / fruges interiora dabunt. Vale ⁊ noſtra placita pie legito. Ex Saliſburga ſecundo Nouemb. Anno M.D.xviij.

¶ Cap. primum de natura morbi Gallici.

Receptum eſt iam ab omnibus Medicine ꝓfeſſoribus hãc egritudinem eſſe ſimplicem (genere ſaltem) atq; inter epi-dimiales hoc eſt populariter vagantes cõnumerandam quã Nicolaus Leonicenus vir apprime doctus ſic deſcripſit. Mor-bus gallicus eſt puſtule ex varia humoꝝ corruptione generate / ꝓpter nimiam aeris in calore atq; humiditate ꝑſertim intemperiem puden da primũ / deinde reliquũ corpus / cum magno plerũq; dolore occu-pantes. Et quia iſte morbus pro temporꝝ diuerſitate atq; mutatione per diuerſa ſemper clymata graſſatus eſt: Varia ex ipſis populis ſor-titus eſt nomina / adeo vt aliquamdiu inter Europe Medicos diffe-rentia fuit / quo nomine ꝓprio nuncuparent / nam alij putauerũt hũc eſſe morbũ quem veteres Elephantiaſin vocarunt: alij lichenas: alij aſaphati: alij prunam ſiue carbonem: alij ignem perſicũ ſiue ſacrum exiſtimarũt / Que nominũ diuerſitas in rebus q̃q; diuerſitatẽ ſuſpi-cari fecit / hanc luem nunq̃ ab antiquis viſam atq; ideo a nullo me-dico vel greco vel arabe inter alia morboꝝ genera tactam: A quorum opinione / cum omnibus recentioribus doctoribus recedo / dico pre-terea hunc morbũ duraſſe ſemper / quia vero etas noſtra nõ ſenſit a nobis incognitum / quippe compertũ eſt iam omnibus / occidentales Indos per plurimos annos hoc morbo grauiter laboraſſe / medici-namq; qua ſemper vſi ſunt contra hunc morbũ / noſtris mercatori-bus iam indicarũt. Cauſam vero aduentus huius egritudinis in Eu ropam / diuerſi diuerſam aſſignant: at poſthabitis alijs: medicos (ꝓ

rimiores ſemper cauſas aſſignantes) ſequor: hunc morbum ex aeris
intemperie calida ⁊ humida ortum anno a ſalutifera incarnatione
Chriſti Milleſimo q̈drigenteſimo nonageſimoquarto. quo fuit oīm
totius Europe aquarū inaudita inundatio/ tantiſq; imbribus ann⁹
ille maduit vt nemini dubiū eſt/ eſtiuū aerem ad illam veniſſe intem-
periem calidam ⁊ humidam/ que omniū putredinum occaſio exiſtit:
quemadmodū apud oēs in confeſſo eſt/ Ex qua humores in corpori
bus humanis ad imp̄ſſionem illā recipiendā magis idoneis ad tan-
tam deuenere putredinem/ vt eos natura ipſa (que ſemper tentat mū
dificationem ſanguinis) ſtatim excernens qđ prauū eſt. vt inquit Ga
lenus noſter de colera nigra/ aliquando ad ventriculū ⁊ inteſtina/
q̄nq; ad eā que extrinſecus ſuperficiem/ ꝓpulſat/ vnde puſtule tam fe
de tam q; diuerſe ex humoꝝ diuerſitate orte/ totum corpus q̄nq; occu
pauere: in quibus vero natura imbecillior tentans quidem ſed nō va-
lens ad exteriora cutis ꝓpellere in articuloꝝ neruos aut pāniculos oſ
ſa circūdantes ꝓtrudit. ibiq; incumbens ingentes dolores excitauit
Quare quibus nulle vel admodū pauce apparuerunt puſtule/ plures
plerūq; cruciatus perpeſſi ſunt. Credit̄ ſiquidem vnam ⁊ eandem ma
teriam ⁊ puſtulas facere ⁊ dolorem in articulis excitare/ Ex quo etiā
morbi vnitas colligit̄/ cuius articuloꝝ dolor ſynthoma reputat̄. Qui
enim nihil puſtulaꝝ in cute habent eos intrinſecus ſimiles abſceſſus
habere nō ambigimus/ Cuius veritatem plurimoꝝ oſtendit anatho
mia/ in quibus per medicos diſſectis ipſoꝝ corporibus/ ita eſſe ocu-
lari experientia exploratū eſt: Ad qđ etiam faciunt verba Gale. de co-
lera nigra. haud quaq̈ credendū eſt inquit partes interiores eſſe ad-
amātinas vt nō eiſdem quibus videmus exteriores affici/ noxis ſubi
ciantur: Cum itaq; medicus nature miniſter viderit opus nature nō
exorbitantis/ qđ omī ſtudio imitari debet/ fideliſſimo Hyppocratis
documento quo ducere oportet vndecunq; maxime natura repit ⁊c.
omnes intentiones ſuas ad expulſionē materie ſanguinem inficientis
dirigere debet: qđ ⁊ plurimi doctiſſimi viri (diuerſis tamen modis)
vſq; in hec tempora/ cum multoꝝ ſalute practicarunt/ ſed nō fuit ha-
ctenus reperta medicina que in hac egritudine ꝓfuiſſet multū/ nocu-
iſſet vero nihil. egrorū arbitror impatientia factū/ que non ſinit ha-
bere medicoꝝ delectū. Et empericoꝝ temeritate/ quibus nihil eſt dif-
ficile: hinc multi miſerabiliter perierunt/ ſed modo deorum (vt mihi
perſuadeo) benefitio inuenta eſt medicina ſimplex/ qua maxime gau-
det natura/ que ſimul omnes intentiones complectit̄ in ſuis qualita-
tibus morbo contrariat̄ in ꝓprietate ſingularis/ naturam iuuans in
in expellendo maturando ⁊ ꝯſumendo omnes ſuperfluitates totius
corporis/ humoroſitates p̄ternaturales in quocūq; mēbro ꝯtentas

digerit ꝛ reſoluit/quicquid intrinſecus latet per vꝛinales meatus ex⸗pellit. Quicquid vero in venis/carne ꝛ ſuperficie continetur via ſu⸗doꝛis abſumit/ Multis etiam alijs moꝛbis non inutilis futura ſicut ex eius qualitatibus clare apparet.

¶ Caput ſecundū de arboꝛe Guayacana.

Qui merciū tranſpoꝛtandaꝝ gratia ad Jndos nauigant/ referunt ſe arboꝛem (qua Jndi contra Mentagrā vtunt̄) vidiſſe/ quippe eſſe paruam ꝛ ſpiſſam. folijs tenuibus. trū cum femoꝛū magnitudinem vel maximā illarū latitudinem humani coꝛpoꝛis equantem: coꝛticem coloꝛis cinericij habentem. lignū iſtius minus eſſe bonū ꝛ ad curam iſtam nō ita frugiferū: Quare in his ſi⸗cut ꝛ in alijs tranſmarinis diligenter videndū erit ne mercatoꝛ frau de atq̧ ſophiſticatione decipiamur: Alie ſunt arboꝛes coꝛtice nigrioꝛi folia habentes minoꝛa ſubtilia ꝛ rotunda foꝛtia ꝛ venoſa ſicut plan⸗taginis foliū. Fructus iſtius arboꝛis eſt croceus quadratus planus ꝛ acetoſus/habens os ſicut fructus oliue. Eſtq̧ in huius quoq̧ ligni delectu apud medicos differentia/nam aliqui diligunt groſſum plu⸗rimū coꝛdis habēs ꝛ quo plus accedit ad radicem eo pluris eſtimat̄/ maioꝛem ſiquidem huius arboꝛis virtutem in radice eſſe arbitrant̄/ ꝛ iſta eſt cōmunioꝛ opinio/ Aliqui vero lignū magis ſubtile ꝛ teneꝛ quale eſt in ramis pluris faciunt in qua ſententia ꝑpauci ꝯſtiterunt/ ſed ſuo quiſq̧ ſtudio gaudet. De complexione huius ligni nulla eſt pꝛoꝛſus inter medicos diſſidentia. Tametſi nuſq̄ apud medicine autoꝛes legatur/quia ex opatione eius (qđ experimento patet) oīes qualitates ipſius manifeſtant̄. Eſt nāq̧ calidū aperitiuū diureticū/ ſudoꝛis ꝓuocatiuū/atq̧ omniū humiditatū reſolutiuū.

¶ Caput tercium De vſu ligni.

Volentes vti hoc ligno in pꝛimis medicū adeant/ ꝯſulen⸗do de pondere ſeu quantitate/nam plus opus habent/qui grauius moꝛbo ipſo affecti ſunt. plus ſenes q̄ iuuenes. lo cupletes ꝛ qui vna ꝛ virtuoſa aqua(quam pꝛimā vocamus)vti vo⸗luerint/plus de ligno emant/neceſſum eſt: Nemo tamen/vel medio⸗criter infectus minus quatuoꝛ libꝛis emere ꝓſumat/vt vſui triginta dierū ſufficiat/ꝑparet̄ vero hoc modo. Recipiat̄ lignū cum coꝛtice ꝛ in tenuiſſima fruſta toꝛnetur/aut cultro leuigatoꝛio in oblonga ꝛ ſub tilia reſegmina ſcindat̄. illoꝛū reſegminū lb. i. in eſtate/ꝛ in hieme li⸗bꝛas duas recipe/ꝛ in olla vitreata ponito/fundendo deſuper ad vnā libꝛam reſegminū menſuras tres Auguſtanas aque fontis/que faci⸗

ant Salʒburge duo q̄rtalia/⁊ olla bene cooperiat̃ ⁊ per biduū̃ infu-
ſa cuſtodiant̃/deinde lento igne ⁊ abſqꝫ flamma ⁊ fumo coquat̃/quo-
uſqꝫ tercia pars abſumat̃/ſemperqꝫ ⁊ aſſidue deſpumet̃/ſpuma quo-
qꝫ diligenter reſeruet̃/quia ſalutifera eſt ſi cum ea partes doloroſe aut
vlcera ſi patiens ea habuerit/ circumcirca inungant̃. Aqua vero eo
modo cocta ⁊ per diem naturalem refrigerata diligenter coletur. co-
lata in vitro anguſti orificij ſeponat̃. Lignū vero ita coctum in olla
pro altera decoctione remaneat/⁊ ſecūdario aqua (vt prius) impleat̃:
vt quando prior epota ſit. ſcd̄a preſto adſit: Alia p̄terea libra reſegmi-
num ſtet in infuſione/vt apozimate vno aut altero exhauſto. ſtatim
alia adſit aqua: vt nulla dies ſine potatione illius aque p̄tereat: ⁊ ita
ꝯtinuet̃ per triginta dies. Conſulo tamen vt omnia iuxta docti ⁊ pru-
dentis medici diſcretionem moderent̃: Eſt namqꝫ in decoctione inter
eos diuerſitas. quia ſunt qui terciam partem aque coquendo abſu-
munt. ſunt qui medietatem ꝯſumunt/idqꝫ ſatis eſſe exiſtimant: Hoc
tamen certū eſt. ꝙ vbi plus de ligno ponit̃ ⁊ plus de aqua per coctu-
ram abſumit̃ eo celerius atqꝫ efficacius opat̃: Debetqꝫ patiens de iſta
aqua mane ⁊ ſero quartā̃ vnius menſure bibere/⁊ quo plus biberit
eo citius expediet̃/Cum cibo vero ⁊ extra horas prandij cum ſitierit
bibat aquam ſecunde decoctionis (quam minorem appellamus) qd̄
ſi illam quoqꝫ ꝓpter abhominationem bibere recuſauerit/porrigat̃ ſi-
bi aqua in qua modicū de iſto ligno cū ſeminibus diureticis calidis/
aut ſpeciebus aromaticis decoquat̃: ſapor. pro appetitus ꝯſeruatione/
⁊ nō intentio variet̃/de quo plura in regimine. ¶ Alius vſus huius
ligni eſt vt accipiatur libra vna reſegminū. pulueriſator ⁊ cribellator:
Recipiantqꝫ pulueres iſti ⁊ cum ſirupo appropriato fiat electuarium
guſtui gratum/de quo in matutinis ⁊ veſperi accipiat̃ coclear vnum/
ita ꝯtinuando per triginta dies/quouſqꝫ p̄ſtina ſanitas recuperetur
Et (meo iudicio) in delicatioribus ſaltem expediret mutare formam/
intentione manente/vt alternis vicibus iam potio modo electuariū
modo pulueres ſumerent̃. grate ſunt em̄ diuitibus vices. ꝑ hoc quip-
pe appetitus (quē in nulla egritudine negligere oportet) cuſtoditur:
ſed faciat quilibet ſicut ſibi rationabile ⁊ egro ſalutiferum videt̃: Vnū
tamen omnes ꝯcorditer monent atqꝫ p̄cipiunt/vt nullus infra ſpa-
cium Menſis ab vſu alicuius medicaminis deſiſtat/Sunt em̄ qui in
decem aut quindecim diebus liberant̃ ⁊ ex toto ſani fiunt: qui ſi non
ꝯtinuarent recidiuam radice peiorem ꝓculdubio expectarent. Sunt
etiam qui vſqꝫ ad vigeſimū ⁊ vigeſimū quartū/nihil ſalutis. nullam
deniqꝫ meliorationem ſentiūt. Imo aliqui deterius habent/augmen-
tatis vlceribus/qui ſi deſiſterent. magno ſe vite diſcrimini expone-
rent: At ſi fortiter agunt/ſtrennueqꝫ ⁊ curam ⁊ regimen obſeruant/
in paucis diebus ⁊ cum admiratione quadā (humoribus omnibus

ꝯſumptis yꝯ mox portum optatū attingūt/⁊ ſanitatem ꝓſtinam qua
nihil gratius eſt ꝯſequunt/Sed ſunt omnia prudentia medici ⁊ non
adamuſſim trutinanda.ceſſandum/ꝓlongandū/prout cuiuſqꝫ diſpo
ſitio poſtulauerit. Poſtremo pollicent atqꝫ conſtanter ꝓmittunt/ꝙ
ſi quis hanc curam(vti pſcribitur) obſeruauerit/nūꝗ̄ aliquid huius
morbi ſenſurū: nullus pterea vnꝗ̄ viſus eſt canonice curatus/ recidi
uaſſe. ¶ Illud quoqꝫ noſſe oportebit/ꝙ aqua iſta mane calefacta bi-
batur ⁊ eger in lecto bene cooptus per horas duas aut tres (ſm vir-
tutis tenorem)ſudans permaneat/extunc camiſiam aut lintheamina
alterando: Idem ad veſpeꝝ ⁊ circa ingreſſum lecti facere tentet: ⁊ quo
plus ſudauerit eo celerius ꝓficiet : ſed ſunt oīa ſemper moderationi
aſtantis medici relinquenda/qui aliqn̄ nimiū affectata/ſi multum le-
dunt/apponere debet : ex quo eger efficitur obediens/ex qua obedien-
tia ſepiuſcule ſanitas procreat/ Non em̄ parum refert medicū habere
amicū quia interdū ex ſola amicitia inter egrū ⁊ medicū ſanitas orit
Ex ꝯceſſione aūt aliqd egro/amicitia fit/vt eſt apud Hy. epidimiaꝝ
iiijª. Conceſſiones ad infirmos ⁊c. ⁊ altero canone/Que non multū
ledunt ⁊c. in quoꝝ cōmentarijs pulchra ab Alexandrino cōmemo-
rantur/Et e diuerſo intemperantes ⁊ inobedientes deterrendos eſſe
in octaua epidi. perſuadet/in quibus em̄ incontinens pauendus dicit
Crudelem namqꝫ medicū intemperans facit eger. Et ergo nō ſunt oīa
ita ad regulam ⁊ ſymetriā obſeruanda/moderata nanqꝫ durant/mo-
dicumqꝫ nō nocet niſi modicū: Illud quoqꝫ nequaqꝫ negligendū pu-
to/qꝺ multitudinem vrine atqꝫ ſudoris neceſſario ſequit ventris ſic-
citas/ducitur em̄ tunc per vrinam qꝺ per ſeceſſum debeat duci: vrina
em̄ inquit ſenex multa facta noctu modicū ſeceſſum ſignificat ⁊ econ-
uerſo/quarto ſeperatoꝝ ſermonū ad finem Conſequunt em̄ ſe quo
ad exceſſum vel defectum hec tria ſudor excrementū ⁊ vrina/dicit em̄
ſenex/ſi cutis raritas/ventris denſitas: ſi cutis ꝯceſſio carniū incre-
mentū. tercia epidi. in ꝑnᵒ. Cum ergo ita ſit diligenter ꝓcurandū erit
venter nimis conſtipet ⁊ excrementa plus ſolito indurent/qꝺ multis
ingenijs omnibus expertis medicis/notis: practicari poteſt/At mo
do in relatione Hieronymi Carozoli ad Reuerendiſſ. ꝑncipem dn̄m
dn̄m Cardinalem tituli S. Angeli: epm̄ Gurcen̄. Metropolitane ec-
cleſie Saliſburgen̄ coadiutorem/virum inquirendaꝝ rerū nouarum
ſtudioſiſſimū. ſcriptū offendi ꝙ Hiſpani medici iam experientia di-
dicere/pulueres quoqꝫ huius ligni ſi pondere drachme vnius in li-
quore aliquo/aut ſuper pane toſto/vel per ſe exhiberent/familiariter
⁊ abſqꝫ moleſtia ventrem ſubpurgare/multos deniqꝫ ſola receptōe
pulueris(qꝺ ⁊ minus moleſtū eſt)eſſe curatos: Eſtqꝫ is tercius ad-
miniſtrationis modus: ſed quia vnicuiqꝫ placet claua ſua. enumeran-
da omnia duxi. ſed cuiuſlibet arbitrio practicanda relinquo.

¶ Caput quartũ De regimine ipſorum qui ſanitatem ex ligno Indico deſiderant

ANte omnia neceſſariũ eſt vt corpus cuiuſqꝫ debito medicamine prepurget. expedit aũt digeſta medicari ⁊ mouere nõ cruda vt ſenex dicit: Si vero id vna aut altera medicina efficere nõ poteris. pluribus perficiat/donec corpus mundũ ſit/qđ ſolus medicus peculiaribus ſignis diſcernit: purgare quippe facile eſt/ſed qñ/quoties/aut quantũ dare ꝯuenit eſt ita difficile/ſicut difficile eſt eſſe bonũ medicũ/Nemo ꝑterea ſibi ꝑſuadeat corporis purgationem omni pharmaco fieri poſſe/ſicuti nõnulli empericoꝝ ſomniant/nullam facientes inter turbatõem ⁊ purgatõem ventris differentiam. ſed inertis plebicule ſtulticia confiſi. quicquid naturam turbat atqꝫ grauat/eſulam coloquintidam grana cataputie/⁊ ex Venetijs aſportata ſcaleta in omni diſpoſitione indiſcriminatim exhibent: corpuſqꝫ perbelle purgatum eſſe deierant: ſi patientem ſepius cacare fecerunt id qꝫ vicatim cũ multorũ aſſertione predicant: Ignorantes illud Hyppocraticum que egeruntur nõ multitudinẽ conſiderare oportet/ſed qualia oportet purgari purgentur ⁊c̃. Itaqꝫ multi vitam ſuam illis vagatoribus ⁊ herbarijs Iudeis ⁊ ſacrificulis illis credentes/ingenti ſepe precio necem ſibi emunt: ⁊ id quidem rectiſſime/poſtꝗ̃ ſalutis ſue pauci rationem habent: conſulendi ſunt igitur medici in arte probati qui humorũ purgandorũ medicaminis delectũ habent: Niſi eñ corpus bene mundũ ſit medicina illa ſatis vehemens atqꝫ diuretica duceret/qđ in ventriculo atqꝫ alijs cannalibus amplioribus inueniret: ⁊ in ſtrictioribus ductibus ⁊ in venis illis minutiſſimis/oppilationes plures (egritudinũ multarũ effectrices) cauſaret: aut ad minus in operatione ſua impediret: Et ex illa cauſa (mea eſtimatione) dieta adeo tenuis/atqꝫ auſtera precipit: Alioqui non ſtaret cũ Hyppocraticis dogmatibus/tenues ⁊ certe diete in diuturnis ſemper paſſionibus/⁊ in acutis quibus nõ conueniunt difficiles ⁊ in multis alijs vbi dietam tenuem in morbis non creticantibus ſuſpectam facit/ſed quia dietandi ratio potiſſimũ a virtute ſumitur egri/Igitur in hac quoqꝫ cura pñti ⁊ aſtanti medico legem certam dare nõ audeo: Illud tamen certum habeo ꝙ quo minus patientes comederint ⁊ biberint (excluſa medicina) eo velocius omnes malos ⁊ prauos humores/puſtulas/vlcera/atqꝫ dolores facientes reſoluerint: corporibus eñ humidas carnes habentibus famem adhibere conuenit/fames eñ maxime deſiccat corpora ſeptima aphoꝝ. Et humoroſitas per procedentia dieta deſiccatoria conſumit/ Noſter ille ſenex Hyppocrates inquit ſeptima epidimiaꝝ. Ex his itaqꝫ manifeſtũ eſt/cibum in hac cu-

ra debere eſſe tenuem omnino: Poſtq̄ igitur patiens incipit ſorbere medicinas/aſſueſcat paulatim tenuius refici: cum vero iam primum hauſtum de ligno ſumpſerit/non comedat niſi pullum paruū elixum cum ſuo brodio/cum modico pane albo/cū iam quinqꝫ hore aut quatuor adminus elapſe ſunt ab hora potionis/poterit etiam aliquando pullum aſſatum paruū comedere/ ſi pulli parui inueniri nō poſſunt aliud quippiā ſimile comedat/boraginem quidam aliqui bugloſſam vel herbam aut radicem cum pullo decoquere faciunt/ad noctem vero nihil comedere preſertim vſqꝫ ad decimū diem melius eſſet/ſed conceditur interdum vt patiens comedat de vuis paſſis/reiectis arillis/aut pomū aſſum cum zuccaro aut ſimile quippiam q̄d ventrem lenire conſueuit. Si vero patiens adeo eſſet debilitatus poſſet iterū pullū vnū vel dimidiū aut quartam partem galline aut caponis cū brodio ſuo/ vel aſſatam cū modico pane albo comedere/dandū vero eſt aliquid/ tempori ⁊ hore ⁊ regioni ⁊ etati ⁊ conſuetudini/que omnia ex diſcretione medici dependent: preterea euchima omnia faciliſqꝫ digeſtionis cibaria/ſicut ſunt carnes iuuenum animaliū/omnis ſortis apte humano eſui/ item volatiliū omniū preterq̄ in aquas degentiū/vt ſūt pulli capones galline turdones perdices ⁊ ſimilia/que oīa pro cuiuſqꝫ appetentia vel elixent̄ vel aſſentur/pultes etiā atqꝫ olera (quibus Germani gaudent) p̄ter braſſicam/pro qualitate tempoꝝ/⁊ maxime luteum q̄d eſt in ouo q̄d in omni egritudine nutrit abſqꝫ hoc q̄d onerat Plinio autore libro naturalis hiſtorie.xxix.capite.iii. Si ꝓut oportet exhibent̄/concedi poſſunt: Sola namqꝫ diete tenuitas querit̄. vt ventriculus nō caro voluptuet̄. conſtat nāqꝫ carniū purgatione hanc curam maxime velocitari/de qua ſingulare capitulū ſcriptum reliquit Egineta Paulus Galeni noſtri abbreuiator libro p̄mo ſalubriū preceptorū/ q̄d ꝓpter affinitatem quam habet cū preſenti cura/haud granatim excripſi: inquit vero ſic. Si obeſum nimis eſt corpus/ eliquare purgareqꝫ ipſum oportet: ergo cum calida temperatura extenuandi vim obtineat/eam craſſis corporibus vt ad mediocritatem redeant inducemus: didiciſti vero q̄d ⁊ vehementes exercitationes ⁊ victus tenuis/medicamentaqꝫ extenuantia/⁊ animi ſolicitudines vniuerſam corporis temperaturam aridiorem/ac ob eam rem corpus ipſum tenuias efficiunt. Eſt igitur tenuis victus notus / Cōmemorat deniqꝫ multa medicamina que hmōi extenuandi vim obtineant calorifica omnia: ⁊ in fine capituli. Attenuant dicit p̄terea medicamentū quod habet piperis ⁊ petroſelini duplū/azari ⁊ aniſi dimidiū/id ⁊ vrinam ⁊ aluum quoqꝫ ſedimina vtiliter ducit/ Ecce ꝯformitatem cum cura noſtra medicamentū ex ligno omnia ſimul complectit̄/humoroſitatē corporis vt ſ̄ conſumit: ad q̄d maxime opitulat̄ diete tenuitas que ob id ab omnibus iniungit̄: Aliqui a tenuiſſima dieta incipiunt. ⁊ poſt

decimū diem ⁊ quindecimū plus ꝓcedunt: aliqui vero ꝯtrariū ope-
rantur. dietam tenuem vſqꝫ ad quindecimū precipiunt. deinde iterum
corpus ſubpurgant/⁊ poſtea vſqꝫ ad trigeſimū ſemper ſubtrahunt/
Sed ſunt oīa ex natura virtute ⁊ ꝯſuetudine patientū deliberanda.
¶ Potus vero vt eſt omniū vnica ꝯfeſſio debet eſſe aqua illius ligni
⁊ nihil aliud: vnde aliqui maiorem/aliqui minorem aquam magis
amant: Ex ſudore eñ ⁊ vrine multitudine ſitis valida oritur neceſſe
eſt: quam cū aqua minore reprimere decet/ſitim tamen tolerare ⁊ par-
bibere valde proſperaret opus/vinū omnes interdicunt: ſed ſi vti-
qꝫ quis ꝯtenderet vinum bibere detur cū aqua ſcḋe decoctionis dilu-
tum. Si vero ex faſtidio aut quottidiano vſu illius aque quis aſper-
naret̄ hanc potionem bibere/ꝯcedat̄ ſibi aqua decoctōis ſeminū diu-
reticorū calidoꝝ cū aromaticis quibuſdam: vnde mihi valde placet
aqua Pauli Eginete quā in fine capl'i annotauit. Aer quoqꝫ ⁊ oēs
res nō naturales ita applicande ſunt vt opus medicine adiuuent/ſit
igitur aer vel natura vt in eſtate/vel arte calidus vt in hieme in nr̄is
ſtuffis ꝯſueuimus. Videndū qꝫ eſt ne ad latus vel frigiditatis vel ca-
liditatis nimiū alteret̄/Patiens in chamera bene ꝯcluſa/aut in ſtuffa
pro qualitate tempoꝝ neqꝫ calorem neqꝫ algorem excellentem patiat̄:
ꝙuis tutius ſit calefieri ꝙ̄ algere: ventus nullus admittat̄/ne teneri-
tudinem corporis ſubingrediens ꝑncipalia offendat membra: nunꝙ̄
eñ ſine noxa admittit̄ ventus/quare neqꝫ feneſtras algoris tp̄e apire
cautū eſt. Studiū in calefaciendis ſtuffis adhibendū vt ꝑpetuo quo-
dam tepore ſeruent̄/Sudor in lecto poſt aque ſorbitōem mane ⁊ ve-
ſperi vt ſ̄ declaratū eſt ꝓuocet̄: poſt ſudorem ⁊ interdiu ſi pedibꝫ va-
let patiens parū incedat/⁊ pro viriū qualitate ⁊ ꝯſuetudine ſua faciat
qḋ voluerit/ſed locū habitationis ſue nequaꝙ̄ egrediat̄. ¶ Exercitia/
que ſub motu ⁊ quiete medici cōp̄hendere ꝯſueuerunt in hac cura-
tionis area nullū ſibi vendicant locū/ꝓpter virtutis imbecillitatem/
que copioſum ſudorem ⁊ famem neceſſario ſequit̄: Qui vero adeo ro-
buſtus eſſet vt fortibus gymnaſijs ſufficeret/valde ꝯduceret exercita-
ri/quia gymnaſiū forte fortiter purgat carnes/repauſatio ediuerſo
augmentat/quēadmodū dicit Alexandrin. ſup canone. 4°. tercie par
ticule epidimiaꝝ in gymnaſijs ſignū: Sudor qui fluens deguttatōem
defert quaſi ex imbribus/quare medicus ex robore ⁊ ꝯſuetudine pa-
tientis ſpecies exercitij eligat: Fricationes tamen (quas oēs laudant)
raro tranſcendunt̄. Circa inanitionem ⁊ repletionem vnicum pre
cipuū animaduertendū puto/in p̄ſenti cura videlicet vt corpus ſem-
per cuſtodiat̄ mundū hinc aliqui poſt decimūquintū iterū purgant/
interea ab vſu medicine abſtinentes / ⁊ poſt trigeſimum qñ ceſſat vti
medicina iteꝝ corpus pharmacia mundificando exagitant/Vbi oēs
monitos eſſe velim ne fortiſſima medicina ſolutiua ſemel tentent ex-

pellere/qꝺ pluribus viribus erat euacuandū/ꝓſtat nāq̃ꝫ infra ſubſi-
ſtere ꝙ̃ effreniter purgare. De ſomno ⁊ vigilia in pn̄ti cura nihil iu-
uat dicere niſi quia ꝓſtat magis vigilare q̃ꝫ dormire: vigilie etem̄ exic
cant corpus/ſomnus vero humectat. Quia ſcitū eſt hunc morbū eſſe
melancolicū/idcirco fugienda ſunt triſticia timor inuidia ſolicitudo
⁊ hm̄oi anime paſſiones/que ſi longū tp̄s habent/patientem melan-
colicū efficiunt/enitendū ergo erit ꝓ poſſibilitate vt patientes in hac
cura gaudio afficiendi ſunt/neq̃ꝫ qꝺ ꝯtriſtari poſſit audiant/auditus
nāq̃ꝫ hij meliores ſunt/hij peiores meſtificantes inquit ſenex octaua
epidimiarꝫ/quo monemur/vt de ijs que oblectant patientem ſermo-
nem inſtituamus/Si em̄ patiens mercaturā exercet/dicant aſtantes
ipſum lucrum feciſſe: Si religioſus/de pietate ⁊ vite ſanctimonia lo-
quant̄: ⁊ ita pro cuiuſq̃ꝫ ꝯſuetudine dicenda ſunt que ſanitatis tp̄e ani
mum eius exhilarare ꝯſueuerūt: Legimus em̄ paſſim ſolo auditu eorꝫ
que ꝯtriſtant/multos nō ſolū grauius egrotaſſe. ſed ob nimiam tri-
ſticiam vitā cū morte cōmutaſſe. In libro em̄ hereſiū apud Galenū
legit̄/quomodo frater audiens fratris ſui interitū pre triſticia extin-
ctus ſit. Imo in ſacris lr̄is de ſacerdote Heli memini me legiſſe qui
audita filiorꝫ morte/⁊ archam dei captam/fracta ceruice expirauit.
Singulis itaq̃ꝫ rite ⁊ canonice applicatis que ante aque huius ligni
potatōem fieri debent/⁊ q̄ in cura obſeruanda ſunt/ſm̄ diſcreti ⁊ pru-
dentis medici moderatōem quemadmodū ꝓ̄ſcripta eſt: Nemini du-
bium ſit quin optimus effectus/hoc eſt iamdudū optata ſanitas ſe-
quatur: quā ꝯſeruare quoq̃ꝫ cū ratione ⁊ regula oportet/cū om̄ibus
em̄ intentionibus ſicut ex egritudinibus ꝯualeſcentes tractandi ſunt
cibent̄ largius ꝙ̃ curatōis tp̄e ꝯſueuerunt. cibarijs euchimis facilis
digeſtionis/multiplicantibus ſanguinem atq̃ꝫ virtutem reſtauranti-
bus: de quo copioſe Raſis in fine. x. lib. ad Almanſorem ⁊ Auicēna
canticorꝫ parte ſcd̄a ſcriptū reliquerunt: Paulatim ꝓ̄terea ⁊ nō longe
a loco habitatōis egrediant̄ vt iterū aere ⁊ ventis aſſueſcant: vino in
ꝓ̄mis diluto/poſtea ſemper meratiori vtendū/venerem velut cicutā
⁊ aconita aſpernent̄: ꝯſueuit em̄ debilitare oēs/debiles vero frangere
Oportet igit̄ pedetentim ad priſtinā ꝯſuetudinem deuenire/quia nō
patit̄ natura ſubitas mutatōes. ⁊ regimen induendū quo ſani ſane vi
uere didicerunt/hoc modo ⁊ ſanitas recuperat̄ ⁊ recuperata ꝯſeruat̄
Auſpice ⁊ datore Jeſu chriſto qui eſt in ſecula benedictus Amen.

τέλοσ

¶ In officina Sigiſmundi Grim̄ medicine doctoris/at
q̃ꝫ Marci wyrſung Auguſte vindelicorum Anno ⁊c.
M. D. XVIII. die vero. XVII. Decembris.

I518
S347l